



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXX. Adolescentibus & pueris, vini potus non parum est noxius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

Et illud certum est, foeminas mero madidas, magis gestire atque ineptire, ipsis viris, cum ob cerebri plerunque imbecillitatem, ratio maiori impetu turbetur, atq; in viris. Qua de causa illa mihi consuetudo minimè probatur, qua foeminis, virorum in ista, potare permittitur, cum plurimorum, hoc incertuum non raro sit flagitorum.

## CAPUT XXX.

*Adolescentibus ac pueris, vini potus non parum est noxius.*

*Cur pueris negandum vinum?* **C**VMI pueros humido, calidoq; téperamento esse constet, ex Medicorum doctrina, atq; ipso indiciorum experimento, censuerunt olim veteres, ipsis vini usum, omnino nullum, permitti oportere, quippe quod humectat nimirum, & corpus excalentiatur; tum caput, halitus crudo facile repletar, iis, quia hioquin calido atq; humido temperamento sunt, quale est eiusmodi puerorum. Atq; nec repleri his caput est vtile, nec suprà, quam par est, humidos calidos fieri; quoniam eò iam caloris humorisq; peruenient, ut si paululum, vtramq; qualitatem auxeris, iam modum excesserint, vnde permultis morbis subiaceant, necesse est, refert huius rei quoddam exemplum Galenus, puerum quendam Pergamenum, & vinum bibisset perpetuis laborasse vigiliis, & febre sub sequente, cum mentis alienatione, ab Epilepsia vita functum. Quare hoc alibi dat consilium parenti.

*I. de sani. bus, idem Galenus. Pueros ne gustare quidem vinum tuenda, sua serim, quippe quod & humectat nimirum, & corpus cap. 11. calefacit, & caput suo halitus obrundit, quae superfluit.*

*Cur adul. tas vtraque in pueris valde noxia est. Quin ino negoziribus? iam adultioribus concedendum, nisi admodum modicatum, atq; dilutissime: nimirum enim, & ad iras precipiteret.*

s, ma-  
cerebri  
tu tur-  
suem-  
instar,  
centiu-  
II.  
redit, & incontinentes facit, & partem animæ rationa-  
lem hebetat, ac turbat. Hinc orta quondam consue-  
tudo, ut vini usus, pueris omnino vetitus extiterit.

*In politi-  
ca.*

Sic enim ait Heraclides: Veterum memoria, pueri puel-  
laq, donec ad coniugii accederent, aquam bibebant. Et  
Alexander ab Alexandro: Persæ, licet natale die, sum-  
mo semper studio, conuiuiis celebrarent, filiis tamen omne  
vinum, indulgentissimi etiam parentes, prohibebant.

Plutarchus quoq; sic ait: Lacones, pueris ostendebant In Liconi-  
seruas temulentos, quò magis abominarentur Ebrietatē,

*bus.*  
videntes, quād defor me sit spectaculum, homo temulen-  
tus, quamq; dementi similis. His accedūt summi quoq;  
Philosophi, Plato & Aristoteles. Plato quidē sic scri-  
bit: Principio, lege sanciemus, ut pueri, usque ad decimū  
aetatum annum, vini usum prorsus ignorent, Nempe  
eos monebimus, non oportere ignem igni, in corpus at-  
que animam suggestere, antequam viri effecti, subire la-  
bores incipient. Furiosum namque habitum iuuentutis,  
cauere oportet. Deinde vino moderatè vtantur, usque  
ad annum trigesimum Ab Ebrietate vero, & vini re-  
pletione, iuvenes omnino abstineant. Sanè, quod pru-  
denter hæc à Platone dicta sint, exemplum Cyrilli  
Junioris, ex Diuo Augustino superius allegatum, e-  
videntissimè contestatur.

Ils enim parentum indulgentia, vino à teneris vn-  
guiculis assuetus erat; ex Ephebis posteà cùm vix Ser. 33. ad  
dum excessisset, ebrius quadam die, patrem contru-  
cidauit, matri uterum gestanti, vitium intulit, ac du-  
ssorores violare itidem tentans, sed recusantes ta-  
men, ad mortem usq; vulnerauit.

Aristoteles quoque decernit: Nec pueris, nec nutri- 7. Politico.  
cibus impertiendum vinum, causam & noxas edixit Lib. 8. de  
hisf. ani-  
alibi. mal. cap. 6.

alibi: Quod eos ad Epilepsiam, (quem caducum vocant morbum) reddat obnoxios. Ut non mirum, si hac nostra tempestate, in Germania, hoc præcipue saeuissimo morbo, pueri atque infantes, ita frequenter infestentur, ac repente intereant multi; quia tam genitores ipsi, quam infantium nutrices, licenter nimium, sibi vino indulgent.

*Lib. de  
præcept.  
coniugal.  
et in præ-  
cept. de  
valetud.*

Nec absq; causa Plutarchus vinum pueris inhibet. Τινα οὐρμήν πῦρ ἐτί πυρώς φάσι πλησμονήτις ἐτι πλησμονή, οὐδὲ ἀκρατός ἐτι ἀκρατός γένεται. Vnde igitur ignis ad ignem, quemadmodum Proverbio dicitur, expletio ad expletionem, merum ad merum addatur, ideo vinum pueris negandum.

*Epiſt. ad  
Eustoch. de  
virginita-  
te Jeruan-  
da.*

Ex alio quoq; capite, quod vinum, in adolescentibus præcipue, luxuriam vehementer inflammare soleat, vinum prohibet etati iuniori, Diuus Hieronymus his verbis: Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat, pro veneno. Hec aduersus adolescentiam, prima arma sunt Dæmonum. Non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. facile aliis caremus virtutis; hic hostis nobis inclusus est, quocunque pergitus, nobiscum portamus inimicum. vinum adolescentia, duplex incendium est voluptatis. Quid oleum flaram adiicimus? quid ardenti corporisculo fomenta ignum ministramus? Et alio in loco, hoc ipsum cōsilium confirmat, inquiens: Licet me quidam in eo libro, quem de seruanda virginitate scripsi, reprehendendum putent, quod dixerim, adolescentes ita vinum debere fugere, ut venenum; non me sententiae paenitebit: opus quippe ibi magis vini, quam Dei à nobis creatura damnata est; et licentiam abstulimus iuuentuti, proprio etatis calore feruenti, ne sub occasione parum bibendi, plus biberet, et peri-

*In cōment.  
super cap.  
5. Epiſt. ad  
Galat.*

periret. Nec non & alibi, in hanc sententiam sic loquitur: *Non Ethnei ignes, non Vulcania tellus, non Venius & Olympus, tantis ardoribus astuant, ut iuveniles medullæ, vino plenæ, & dapibus inflammatae.*

Quæ cùm ita sint, nemo miretur, Germanam iuuentutem adeò corruptam esse, quod ab ineunte ætate, parentes vino ipsam imbuant, ut quodammodo in vino nata, in vino educata, dici possit.

## CAPVT XXXI.

*Virilis ætas quoque vino moderatè  
vti debet.*

**N**on omnino reiiciendum Platonis illud dogma, quod aliqui, nimium licetiosè, ad luxum, Legib. sed perperam factò, detorquere voluerunt: *Iuvenes, ait, cùm ad annum quadragesimum peruererint, tunc in coniuuiis liberius discubentes, cùm alios Deos, tunc Dionysium, ad sacra senum, & ludos, inuocent, qui hominibus vinum, quasi remedium aduersus senectutis duritatem est largitus, ut reiuenescere videamur, & mœstia nos obliuio capiat, ipsaque affectio animi, sicut ferrum in igne, ex duritate in molitatem deducta, flexibilior fiat.* Non inquam contemnendum. Nam Platonis Explicata statutum non est, virilem ætatem, ebrieratibus ac te- mulentiis imbuere, sed quod ei vino liberius, quam pueritiae, quam adolescentiae liceat vti, docere. Immoderatio enim vini vnu, si Aristoteli credimus, præs. Sct. 3. sertim calidioris, & potentis, quo nunc pleriq; locu- Probl. 30, pliores, mensas suas ornari volunt, labefactat men- tem & ingenium, ac virilem protinus eneruat vigorem. Contra, si moderatè sumatur, concoctionem iuuat, cor exhilarat, cerebrum roborat, spiritus animales fouet,

Y 3 sua-